

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1256

**Auteur(s) :** Geoffroy Clarembaud de Douvres [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1261, mars

**Lieu d'émission :** Douvres

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Geoffroy Clarembaud, vend et garantit au doyen et au chapitre de Bayeux 5 vergées de terre qu'il tient d'eux à Douvres pour un muid de froment : ils lui paient 16 livres tournois. (En marge : « Ad obitum Guidonis episcopi. »)

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesie Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCLXXXI, t. 2, p. 219-221.

## Dissertation critique

Mars 1260 est proposé par V. Bourrienne. Cf. Pâques tombe le 4 avril en 1260 et le 24 avril en 1261.

Texte établi d'après a

Sciunt omnes presentes et futuri quod ego Gaufridus Clarembaudi, de Dobra, vendidi, et concessi, et penitus dimisi decano et capitulo Baiocensi quinque virgatas terræ, de quodam tenemento, quod ab ipsis decano et capitulo teneo apud Dobram, per unum modium frumenti, ad mensuram de Dobra, quem de dicto tenemento eis reddo et reddere debeo annuatim: quarum prædictarum quinque virgatarum terræ tres virgatæ sitæ sunt apud viam de Crisselon, inter terram Willelmi Marmion, ex una parte, et prædictam viam ex altera ; et aliæ duæ virgatæ sitæ sunt in capite prædictarum trium virgatarum, inter terram hæredum Guerardi Briogne, ex una parte, et terram Eudonis de Aguerneio, ex altera ; tali modo quod dicti decanus et capitulum tenebunt et possidebunt prædictas quinque virgatas terræ de cetero pacifice, vel quicumque eas ceperit ab eisdem decano et capitulo, absque alia reclamazione et contradictione mei et hæredum meorum. Et ego et hæredes mei nichilominus tenemur et tenebimur reddere prædictis decano et capitulo annuatim totum prædictum redditum pro residuo dicti tenementi, sicut faciebamus ante venditionem et dimissionem prædictarum quinque virgatarum terræ, videlicet, unum modium frumenti, ad mensuram de Dobra, prout superius est expressum. Et ego siquidem et hæredes mei tenemur et debemus prædictas quinque virgatas terræ prædictis decano et capitulo, et quicumque eas tradiderint, garantizare et defendere contra omnes, et excambiare alibi, valore ad valorem, si necesse fuerit, competenter. Pro hiis autem venditione et dimissione dictæ terræ, et pro dictis defensione, garantizatione, et excambiatione a me et meis hæredibus, si necesse fuerit facienda, prædicti decanus et capitulum solverunt michi sexdecim libras Turonenses, de quibus ego me teneo

totaliter pro pagato. Et, ut hoc firmum et stabile in perpetuum teneatur, præsentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo, mense martii, coram parrochia de Dobra.